

80. Instrumentum testamenti
di Tommaso Conte

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*80. Instrumentum testamenti
di Tommaso Conte*

1383-06-08

(c. 422v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, regnante serenissimo domino domino nostro Carolo tercio Dei gratia rege Hierusalem et Sicilie, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum suorum anno secundo feliciter amen, die octavo mensis // (c. 423r) iunii, sexte indicionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Angelus de notario Andrea annalis iudex ipsius civitatis, Franciscus notarii Iacobi de eadem civitate publicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico fatemur atque testamur quod nobis qui supra iudice, notario et testibus subscriptis, vocatis pro parte Thomasii Contis de Potentia et accersitis personaliter ad domum habitationis sue, sitam inter <sic> dictam civitatem Potentie, in parrochia Sancti Girardi, iuxta domum diaconi Cicci de Carruba, domum luminiai Sancti Girardi, menia civitatis ipsius, rugum publicam et alios confines, in qua quidem domo invenimus predictum Thomasium in lecto iacentem infirmum, qui sanus mente et recte locutionis existens, considerans quod nichil certius morte et nichil vicentius hora mortis, volens anime sue saluti providere, de bonis suis omnibus presens suum ordinavit, fecit et condidit testamentum, in <sic> quod voluit esse ultimum et finale et quod voluit quod lex Falcidia in eo locum non habeat et quod Era regni computata per anno incipiente allungato, ovvero il notaio non ha tenuto conto che dal 2 giugno del 1383 era di fatto iniziato il III anno di regno.

si non valeret iure testamenti, ipsum valere voluit iure codicillorum et cuiuscumque alterius ultime // (c. 423v) voluntatis obtineat firmitatem, cassans nichil <sic> dictus testamentum, irritans et annullans ex certa eius scientia omnia alia testamenta, codicillos seu ultimam voluntatem per eum huc usque ab actenus condita <sic> vel etiam ordinata seu ordinatas, sub quacumque verborum serie sive forma, volens et mandans quod hec sit sua voluntas et quilibet sibi quocumque <iure> succedens, ipsam teneatur efficaciter adimplere. In quo quidem testamento heredes sibi instituit, ordinavit et fecit Tullium Tuanerium et Angelillum Conte, filios suos legitimos et naturales, in omnibus bonis suis stabilibus et mobilibus, preterquam in infrascriptis legatis et fidei commissis; item elegit corpus suum sepelli inter <sic> ecclesiam Sancti Girardi, cui ecclesia legavit pro sepultura ipsa peciam unam terre unius salme, sitam in territorio dicte civitatis in contrata Petre Reculse, iuxta vineam dicti testatoris, iuxta terras dicte ecclesie sancti Gerardi et luminarie ipsius et alios fines; item legavit pro malis ablatis <sic> incertis tarenos sex; item legavit pro defraudatione decimarum eiusdem ecclesie tarenos sex; item legavit pro missis canendis in eadem ecclesia, pro anima sua, tarenos sex; item legavit Letitie, uxori sue, pro dotibus suis quas recepit ab ipsa // (c. 424r) olim tempore contratti matrimonii inter ipsos, domum predictam, suis predictis loco et finibus designatam, cum omnibus suppellectilibus et agiamentis quibuscumque existentibus inter <sic> domum ipsam, ipsa Letitia presente ibidem et se voluntarie contentante de dicta domo et suppellectilibus ac axiamentis inter <sic> ipsam existentibus, legatis sibi per undem testatorem virum suuum, ut prefertur, pro dotibus suis predictis;

item legavit eidem Letitie, pro bono servitio sibi prestito et sperans prestare melius in futurum, dante Deo, medietatem frumenti satis, ordeï satis et leguminum satorum que sunt in campo; item legavit Mabilie filie sue tarenos sex; item legavit ecclesie Sancti Antonii de Viegna frumenti th(umul)os quatuor; item legavit domno Trainano archipresbitero casalis et domino Nicholao Tarallo, pro missis celebrandis, frumenti th(umul)os quatuor; item legavit domno Demetrio Gr(ati)oso, patrino suo spirituali, tarenos duos; item dictus testator fecit, constituit, ordinavit suos epitropos, distributores et executores presenti sui testamenti ipsos Tullium Tuanerium et Angelillum, filios suos, quilibet eorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus ipsorum inceperit, alter possit proseguire et succedere, dans et concedens dictus testator dictis suis epitropis et distributoribus plenam, liberam et omnimodam potestatem // (c. 424v) vendendi, alienandi et distribuendi tantum de bonis suis mobilibus vel stabilibus, donec presens testamentum et legata in eo contenta debite executioni mandentur plenarie et exequantur. Unde ad futuram memoriam et dicti testatoris preces et omnium quorum et cuius interest et poterit interesse certitudinem et cautelam, factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et nostrorum predictorum subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

2

3

*Così S per luminarie**Così S per rugam*

6

4

5

6

Quod scripsi ego predictus Franciscus publicus ut supra
notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. Ego
Angelus notarii Andrea <sic> iudex civitatis Potentie
qui supra Ego presbiter Nicolaus de Carruba cantor
Pot(entinus) testis interfui Ego presbiter Demetrius
de Contritoso canonicus Potentinus testis interfui Ego
diaconus Sicconus de Pirro canonicus Potentinus testis
interfui Ego diaconus Nicolaus de notario Andrea testis
sum Ego diaconus Girardus de Ricchi testis sum

7

8

9

Così S per incertius

Così S per testator

*Così S qui e in seguito; in doc. coevo, Santillum, (da
considerare qui e in seguito*

Così S per Gratosio

*Così S qui, nella notitia testium la lezione più verosimile
Cicconus de Riccardo*

Così S qui, nella notitia testium la lezione più verosimile Ruta